

149904

SOCIETATEM EDITRICEM ROMANAM  
APUD SOCIETATIS EDITRICES ROMANAS

ROMA - Via del Tritone, 46 - ROMA

excerpta ex Commentario VOX URBIS veneunt, quae sequuntur:

ARRAE GORGONIAE

==== MILESIA FABULA =====

JOACHIM ANTONELLI COSTAGGINI

VEN. LIBELL. 0.60

EUPLIUS

ACTIO DRAMATICA

==== JOANNIS

B. FRANCESIA

LATINIS VERSIBUS CONSCRIPTA

ET IN TRES ACTUS DISTRIBUTA

==== EDITIO ALTERA ===

VEN. LIBELL. 1.00

SATURIO

COMOEDIA

==== JOANNIS

B. FRANCESIA

VERSIBUS SENARIIS CONSCRIPTA

ET IN TRES ACTUS DISTRIBUTA

==== EDITIO ALTERA ===

VEN. LIBELL. 1.00

QUAELIBET OPERA EDENDA SUSCIPUNTUR

Ann. XVI.

ROMAE, Mense Julio MCMXIII

Num. VII.

VOX VRBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

Semel in mense prodit

CONDIDIT ARISTIDES LEONORI EQUES

POSSIDET ATQUE ADMINISTRAT SOCIETAS EDITRIX ROMANA

Premium annuae subnotationis, est:

In Italia: Libellarum 6

ubique extra Italiam: Lib. 9 (Doll. 1,80; Sch. 7; M. 7; Rubl. 4; Coron. 9)

ANTE SOLVENDUM ET RECTO TRAMITE MITTENDUM

AD SOCIETATEM EDITRICEM ROMANAM

ROMA - Via del Tritone, 46 - ROMA

SUBNOTATIO EXTRA ITALIAM FIERI POTEST:

IN RUSSIA

apud

Gebethner et Wolf

apud

"Kronika Rodzinna.."

IN ANGLIA

apud

Burns and Oates

IN CANADA

apud

Librairie Granger Frères

Varsaviae Polonorum  
Rakowskie Przedmiescie, 15

Varsaviae Polonorum  
Krakowskie Przedmiescie, 6.

London W.  
28, Orchard Street.

Montreal  
1699, Rue Notre-Dame

# VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

Usum latini sermonis per orbem universum tuetur ac fovet

Itaque, latine omnino exarata, scripta edit, quae populos omnes aliquo modo attingant, a publica re ad bonas artes, a litteris ad historias, a philosophicis ad sociales quaestiones, a nunciis et significationibus ad simplices et facili stylo expressas descriptiones, narratiunculas, dramaticas actiones; ab antiquitatis scientia ad dialogos vitae argumenta maxime communia tractantes, unde colloquia latine inire atque alere detur; a doctorum virorum scriptis nondum vulgatis aut parum cognitis ad primas adolescentium exercitationes, quae incitamentum veluti in palaestra eorum conatibus conferant; a Pontificis denique documentis praecipuis ad iuris regulas in S. Congregationibus inductas; haec omnia ut quisque vel ex dissimilis regionibus, aut cultu, doctrina, animi proclivitate, artibus alter ab altero difformis per commentarium eumdem explore desideria sua possit.

PRETUM ANNUAE SUBNOTATIONIS EST:

In Italia libellarum 6;  
ubique extra Italianam lib. 9 (Doll. 1,80; Sch. 7; M. 7; Rubl. 4; Coron. 9)  
ante solvendum et recto tramite mittendum ad Societatem Editricem Romanam

ROMA — VIA DEL TRITONE, 46 — ROMA

QUAE COMMENTARIUM POSSIDET NUNC ATQUE ADMINISTRAT.

## PRAEMIA SOCIIS CONSTITUTA IN ANNUM MCMXIII

Pro Sociis singulis, quorum sive carmine sive soluta oratione scripta in *Voce Urbis* per an. MCMXIII edita fuerint et a doctorum virorum collegio ad id constituto maxime commendata, *praemium erit argentei numismatis ex iis, quae Pontificis Maximi iussu quotannis in festo Apostolorum Principis eudi solent, Sacro Purpuratorum Senatu, Romanae Curiae aulicisque pontificis distribuenda.*

Pro Sociis qui libellas octo pretio subnotationis addiderint, delectus erit unius ex tabulis aere mirifice censis, magnitudine cm. 118 × 84, gesta Constantini M. Imperatoris referentibus prouti in Vaticanis aedibus Raphaël Sanctius eiusque discipuli penicillo expresserunt. Tabulae reddunt: *Pugnam inter Constantinum et Maxentium; Visum Crucis; Constantini Baptismum; Constantini donationem Pontifici factam.* — Si quis omnes cupiat, mittat lib. 32.

Pro Sociis, iisque Sacerdotibus, qui lib. quadraginta quattuor miserint, *Vox Urbis gratuitem conceditur;* ii enim *Novum Breviarium Romanum* habebunt, iuxta nuperas dispositiones reformatum, charta vere Indica in 16° (15 × 9) ab editrice Pont. domo Desclée et Soc. impressum, splendide ac solide ex pelle vulgo zigrino conglutinatum, foliorum sectione eleganter aurata; quod sane venale prostat lib. 44. — Quin imo simul cum Breviario gratuitem etiam a praelaudata editrice domo « Proprium Dioecesis » cuiusque religabitur, si socius ipse miserit, aut emi iusserit, praemissio, uti par est, « Proprii » eiusdem pretio.

Ann. XVI.

ROMAE, Mense Iulio MCMXIII.

Num. VII.

# VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS



## Rerum index:

- Critices biblicae notio.** Selectae ex bibliothecis et archivis. M. A. Mureti oratio de laudibus litterarum.  
**Horae subsecvae.** Constantini Magni somnum. De Leone XIII. P. M. Commentarius.  
**De veterum balneariis.** Colloquia latina. Accusatio varia scholastica. Paroemiae sive Adagia. Nues relinquare. — Bis pueri senes. — Unus vir, nullus vir. — Asinus inter Simias. — Ungubius notari. — Sus tubam auditore. — Nihil graculo cum fidibus.  
**Ex Sacris Congregationibus Romanis sententiae novissimae selectae.** Ex Congregatione Consistoriali. — Ex Congregatione Indicis. — Ex Sacra Poenitentiaria Apostolica. **Diarium Vaticanum.** Coram SSmo. admissiones. — Peregrinorum adventus in Urbem. — Pontificiae electiones. — Varia. **Annales.** Turcarum et Balkanicæ gentis nova discrimina. — Mauritanæ decertationes. **Publici per orbem coetus legibus ferendis.** Per orbem. loci. **Aenigmata.** Appendix: Ad Romanam.

## CRITICES BIBLICAE NOTIO

Duplex critices genus, litterarium nempe et historicum, olim distinguebatur. Modernis temporibus res aliter cessit, atque dum penes Germaniae sapientes de critice « sublimiori » (*höhere Bibelkritik*) necnon de critice « inferiori » (*niedere Kritik*) fit sermo (1); penes Anglos expressiones « sublimior criticismus, — sublimiores critici » (*higher Criticism, higher Critics*) adhibentur. Alii denique de critice « originis » (*de proveniencia*) et de critice « instauracionis » (*de restitutione*), de critica « interna » et « externa » loquuntur. (2) Modernistæ eo usque critics sublimioris vocabulo abusunt, ut non immerito in malum sonet sensum. Hinc Leo XIII (3) de illis qui ad sacras Litteras profitandas designantur seribit: « Hos autem ipsos, eiusdem rei gratia doctiores esse oportet atque exercitatores in vera artis criticae disciplina: perperam enim et cum religionis damno inductum est artificium, nomine honestatum « criticae sublimioris », quo ex solis internis, uti loquuntur, rationibus cuiuspiam libri origo, integritas, auctoritas diuidicata emergant ». — Non aliter Pius Papa X (4): « Evidens fit, criticen eiusmodi non quamquam esse criticen, sed vocari iure « agnosticam, immanentiam, evolutionistam, : atque ideo, qui eam profitentur eaque utuntur, errores eidem implicitos profiteri et catholicae doctrinae adversari. Quam ob rem mirum magnopere videri possit, apud catholicos homines id genus critices adeo hodie valere ». Dum vero idem Pontifex in *Motu Proprio* de « Praestantia Scripturae sacrae » (18 Nov. 1907) de praedecessore suo, Leone XIII, loquitur, ait: « Ab opinionibus vindicavit falsae doctrinae, quae critica sublimior audit ».

(1) Cf. H. HÜFEL, *Die höhere Bibelkritik*.  
(2) *Dictionnaire Apologétique*, etc., fasc. III, p. 782.  
(3) *Providentissimus Deus*, 18 Nov. 1893.  
(4) *Pascendi*, 8 Sept. 1907.

Quamobrem non parvae erit utilitas critices biblicae notionem, definitionem videlicet divisionemque tradere, eiusdem obiectum atque processum determinare.

\*\*

Falso putaverunt quidam, criticam vel particularem, vel novam esse scientiam. Siquidem scientia hominis, quae sine critica nunquam est, semper exstitit, omniumque disciplinarum, sive historicae sive philosophicae sint, proprium est, respectu sui obiecti criticam instituere. Hoc unum fas est asserere, videlicet, temporum progressu, critics scientiam maiorem nactam esse perfectionem. Generatim sapiens vocatur criticus, qui in veritatis acquisitione iudicem nulli parti faventem se praebet, methodo procedendo rationabili, ita ut omnia scrutetur, super omnia invigilet, omniaque rigorose dimiciatur. Respectu libri aliquius sapiens vocatur criticus, si liberum ipsum in sua totalitate, in suis partibus, necnon in forma rebusque contentis, propria investigatione complectatur. Critica vero, prouti de Libris inspiratis dicitur, et « biblica » nuncupatur, a quibusdam sub hisce verbis definiri consuevit: « Sacrae Scripturae examen, recentioribus inventionibus adhibitus, auxilioque aliarum disciplinarum, praccipue vero scientiae historicae ac linguisticae, peractum ». Nonnulli criticam biblicalam definiunt: « Textus Scripturae sacrae examen ad eiusdem Scripturae sacrae authenticitatem integritatemque ostendandam » (1).

Divisio critices biblicae est in criticam realem, superiorum ac sublimiorem, et in criticam inferiorem, textualem, ac verbalem. Prima, Librum sacrum in sua totalitate considerat, atque authenticitatem eius investigat, vel ad relationes inter libros sacros existentes constituendas operam navat. Secunda textus verba, propositiones considerat, et textus originalis genuinita-

(1) Cf. MIGNOT, *Lettres sur les études ecclésiastiques*, 1908, p. 243-46.

## AD ROMAM

ACTIO DRAMATICA

versibus plautinis composita et in tres actus distributa.

3. — Quis autem Romae novit hoc latibulum?

Enim per obscuros truderunt abditus,  
Præcinctos vineulis, velatis oculis.Manemus donec lux beata affulgeat,  
Qua nos ducamus forsitan supplicio!

1. — Foret si protinus!

2. — Quid moramur adhuc?

3. — Et cur?

1. — Sumus quia Christi discipuli.

4. — Dies dum Domini fulgidus pervenerit  
Iuvabit, socii, rogare supplicesDeum pro nobis, nostris pro parentibus,  
Et ipso nobis saevo pro Maxentio,

Duris qui vexat diu nos supplicies.

Dei si donum noseceret miserrimi s,

Nec nos inquireret tamquam adversarios,  
Suos haberet subditos fidissimos.

1. — Deus, da lumen Maxentio et gratiam!

Da Romae pacem!

2. — Redde nos in patriam!

3. — Iesu, qui semper pueros nos diligis,  
Eisque fausta Solimis precatus es,Memor quae mundus admiratus repetit,  
Iesu, nos salva, conduce nos in patriam,

Da libertatem nobis et Ecclesiae!

4. — Et usque Roma sit regina gentibus,  
Non armis victis, domitis vel sanguine,

Novis sed placitis quae Petrus tradidit.

2. — Quod omen faustum sit et felix populus!

1. — Tacete, postes panduntur, fores crepitant.  
Novi quid adest?

2. — Iudicium?

1. — Supplicium!

SCENA IV.

MUTIUS et OCTAVIUS, qui introgrediuntur caute.

1. — Adest quis?

2. — Mutius!

1. — Quod infortunium!

2. — At, at venit...

3. — Quis?

2. — Alter infelix puer!  
Hic est Octavius, nepos Anicii!

OCTAVIUS (more puerorum).

Feci quid tibi? Cur hoc me ducas, miser?



(1) Ius Miles cum caute sequitur. Postea redit.

10)

MUTIUS.

Resumas pervelim paulatim spiritus.  
Bonus redibus ad patrem mox denuo;  
Sed antea nobis sunt agenda plurima.

(ad milites)

Heu! vos venite citius ad me, milites!  
Tenete hunc puerum vestra sub custodia...  
Istos sed subito in carcere trudite!  
(Milites Mutii sententiam sequuntur, et deinde redeunt; obtortis oculis adspiciunt Octavium).

MUTIUS (egrediens).

Eundum tandem sacerdotes monitum,  
Heic captivum mea sub custodia  
Detrusum puerum mihi concredidum.  
Nec parvus puer, de familia Anicia! (Exit). (1)

SCENA V.

OCTAVIUS, solus.

OCTAVIUS.

Quid sibi vult haec longa rerum novitas?  
Cur hoc duxere clanculum? Quis intelligit?  
Premunt me mille circumstant angustiae!  
Modo scio nihil; sed quid in posterum?  
Hoc unum noverim Patris angustias...  
Si possim! subito meus custos angelus  
Ei daret nuncium... Moneret placide  
Adhuc me tenuem respirare aërem,  
Deum fateri fido Christum pectore.  
Ut olim Romae, Christo nunc Anicii  
Suam dant fidem semper crita invidiam.

I. MILES (accedens pavide).

Hanc lege chartulam!

OCTAVIUS.

Quam?

I. MILES.

Tibi porrigo!

OCTAVIUS (legit)

«Deus eras mittet redemptionem populo,  
Erunt et omnes concaptivi liberi!»  
Quod nuncium! Quot sunt agendae gratiae!

(Ad proximum numerum).

I. B. FRANCESIA.

## SOCIETAS EDITRIX ROMANA

ROMA - Via del Tritone, 46 - ROMA

praeter **Officium nuntiorum et publicae rerum praedicationis, tum per Italiam omnem, tum apud exteris gentes**, quo facilius satisfaceret pluribus et Diurnorum suorum, et VOCIS URBIS commentarii sociis et lectoribus requirentibus consultationes, consilia, explanationes, sollicitationes apud forenses aut civiles magistratus, aptum quoque recens instituit

## OFFICIUM CONSULTORUM ET PATROCINII,

quod eximiis iuris peritis concredidit.

Huiusmodi officii peculiare munus imprimis datum est, ea apud Curias quaslibet et publicas administrationes procurandi, quae in commodum Sacerdotum in eorumque iurium omnium tutelam cedere maxime possint, uti parochialium congruarum supplementa, cultualium expensarum solutionem, regalium placitorum expeditionem, redditum conversionem, potestatem hereditatum vel aliarum liberalitatum excipiendarum, docendi facultatem, etc.

PRO OMNIBUS

Diligentia in opere - Temperantia in pretio

149904

APUD  
SOCIETATEM EDITRICEM ROMANAM

ROMA - Via del Tritone, 46 - ROMA

excerpta ex Commentario VOX URBIS veneunt, quae sequuntur:

## ARRAE GORGONIAE

==== MILESSIA FABULA ====

JOACHIM ANTONELLI COSTAGGINI

VEN. LIBELL. 0.60

## EUPLIUS

ACTIO DRAMATICA

==== JOANNIS

B. FRANCESIA

LATINIS VERSIBUS CONSCRIPTA

ET IN TRES ACTUS DISTRIBUTA

==== EDITIO ALTERA

VEN. LIBELL. 1.00

## SATURIO

COMOEDIA

==== JOANNIS

B. FRANCESIA

VERSIBUS SENARIIS CONSCRIPTA

ET IN TRES ACTUS DISTRIBUTA

==== EDITIO ALTERA

VEN. LIBELL. 1.00

QUAELIBET OPERA EDENDA SUSCIPUNTUR

Ann. XVI. ROMAE, Mense Augusto MCMXIII Num. VIII.

# VOX VRBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

Semel in mense prodit

CONDIDIT ARISTIDES LEONORI EQUES

POSSIDET ATQUE ADMINISTRAT SOCIETAS EDITRIX ROMANA

Pretium annuae subnotationis, est:

In Italia: Libellarum 6

ubique extra Italiam: Lib. 9 (Doll. 1,80; Sch. 7; M. 7; Rubl. 4; Coron. 9)

ANTE SOLVENDUM ET RECTO TRAMITE MITTENDUM

AD SOCIETATEM EDITRICEM ROMANAM

ROMA — Via del Tritone, 46 — ROMA

SUBNOTATIO EXTRA ITALIAM FIERI POTEST:

IN RUSSIA

apud  
Gebethner et Wolf

Varsaviae Polonorum  
Rakowskie Przedmiescie, 15

IN ANGLIA

apud  
"Kronika Rodzinna .."

Varsaviae Polonorum  
Krakowskie Przedmiescie, 6

IN CANADA

apud  
Burns and Oates Librairie Granger Frères

London W.  
28, Orchard Street.  
Montreal  
1699, Rue Notre-Dame